Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 87
Quelle:
Copyright:

dornt. educet *verpringt.* ſubditus *vndertenig.* noli aemulari *nit neid tragen.* deſine ab ira *gelaub dich des zorn.* furorem *grime.* malignantur *vbl tuent.* exterminabuntur *werdent vertriben.* ſuſtinentes *dy do peytent.* obſervabit *war nympt.* ſtridebit *grisgramt.* mutuabitur *ent nimpt.* Praeterea Pſalmi LXXVI. v. 11. *fol.* 52. ſic redditur: *Do ſprach ich. nu wil ich an hebn. dy wandelung cham von gots hant. Fol.* 104. absque ulla indicatione junguntur *Cantica* biblica, Hymnus *Te Deum*, Fides dicta *Athanaſii*, Oratio dom. Symbolum Apoſtol. et Litaniae OO. SS. quae tamen jam in Apoſtolis abrumpuntur.

LXIII.

R. 1070 Codex membraneus latino ſcandicus Sec. XIV. Folior. nunc 68. 4. charactere craſſo, luculento perſcriptus, literis initiorum auro coloribusque diſtinctus, et Hafnia, ut videtur, ad nos delatus eſt *Pſalterium Davidis* e verſione vulgata principio, fineque mulctatum ita, ut nunc incipiat a *Pſalmi* XVI. v. 8. *A reſiſtentibus dexterae tuae* &c. et cum *Pſalmi* CIII. v. 6. *Abyſſus ſicut veſtimentum* &c. terminetur. Quod porro eximium habet, Significata ſunt veteri Lingua *Scandinaviae*, *Islandica*, ſ. *Norvegica* ſingulis vocibus latinis currente calamo impoſita. De introductione chriſtianae Legis in *Islandiam* per *Fridericum* quendam Epiſcopum, quem in *Saxonia* inventum a. 981. *Thorvalldus Kodranis* filius in Inſulam adduxerat, extat *Kriſtni — Saga* ſive Hiſtoria eo introducti Chriſtianiſmi edita *Hafniae* 1773. 8. Ex eadem novimus Sedem epiſcopalem priorem *Skalholti* fixam a. 1056. ab *Iſleifo Giſſuri* filio, alteram in *Holis* a. 1107. a *Johanne Oegmundi* filio. Facile porro ſtatuemus Sacrorum Curatoribus cordi fuiſſe, novello Gregi divinorum Librorum praebere notitiam, iisque interpretandis calamum adhibere. Et meminit *Arngrim. Jonas* in *Specim. hiſt. Iſlandiae*, *Amſt.* 1643. p. 128. 4. Bibliorum integrorum *Iſlandicorum* jam Sec. XIII. ſplendide deſcriptorum. An ad eam aetatem aſcendant Gloſſae noſtrae, definire non poſſum, neque omnes ob ignota mihi ſcribendi compendia legere auſim, adferam tamen ſpeciminis ergo aliquas: *Sialldur auga*, pupillam oculi. *Vnder ſkugga vengia*, ſub umbra alarum. *Kaſtandi*, projicientes. *Bygiandi*, habitans. *Suerd*, framea. *Dyrd thin*, gloria tua. *Hialp*, refugium. *Upptakari*, ſuſceptor. *Snorur*, laquei. *Kall*, clamor. *Eyru*, aures. *Jord*, terra. *Reykr*, fumus. *Elldr*, ignis. *Aſionu*, facie. *Glædr*, carbones. *Vnder fötum*, ſub pedibus. *Tialldbud*, tabernaculum. *Sky*, nubes. *Hagl*, grando. *Hata*, oderunt. *Hreinleika handa*, puritatem manuum. *Meinlaus*, innocens. *Hirta*, cervorum. *Bærdaga*, proelium. *Boga eyr*, arcum aereum. *Armleggi*, brachia. *Læring*, diſciplina. *Fotſpor*, veſtigia. *Krapti*, virtute. *Upprisande*, inſurgentes. *Ad baki*, ad dorſum.

Pſalm